

tuli, oleo philosophorum, de euphorbio, de piperibus.

Catuli viui per medium sefti, vel
Pulmones è viuis animalibus exempti, parti distentæ
circumponantur quamdiu calebunt post vunctiones
prædictas; maximo enim id fiet cum commodo.

Pelles felium, vulpium, veruecum, lupulorum, quibus
partes conuulsæ vestiri debet mox ab vunctione con-
uenienti; quæ postquam refixerint, iterum in oleo
calente immergendæ sunt ut recalescant, iterumque
superponi possint.

Vnguentum ex oleo terebinthino, amygdalino, lilio-
rum, de castoreo, guaiaci.

Succus malorum silvestrium, locis affectis accommo-
datus debite.

Suffitus sub papilione fiant ex decocto materiarum pro-
clysteri inferuentium, ignitique lapides coctiles ini-
ciantur in cacabum sub papilione ita compositum, ut
calor vaporque non exspirent.

Balnea naturalia, sulfurea, falsa aut aluminosa. hisce si
destituamur, arte fiant ex sulfure, sale, alumine, aut
ex salvia, betonica, malua, hypericone, foliis lauri, ab-
sinthio, ruta, abrotano, maiorana, pulegio, meliloto,
camomilla, radicibus liliorum, ireos, semine lini, fœ-
nugræci. Plurimum saepe profuere huiusmodi bal-
nea post diligentem corporis purgationem, cum ab
omnibus partibus æqualiter reliquias resoluant, bis
térve autem in die illis vtetur.

Cucurbitulæ conuenient tandem cum scarificatione
collo occipitique applicatae; à quibus abstinentum
quamdiu cacochymia corporisque plenitudo affue-
rit; periculum enim est ne maior excrementorum co-
pia in partem distentam illabatur.

THEO.